2795 basim esse ex marmore Dalmatico et ex Dalmatia adlatam videri observavit Furlanettus probabiliter. — Patavii in aedibus Ridiorum versus cathedralem prope scalam URS. FERR.; comites da Rio dederunt museo publico.

duarum statuarum vestigia

GENIO · DOMNOR CERERI
T · POBLICIVS CRESCENS LARIBVS
PVBLICIS · DEDIT IMAGINES ARGENT DVAS
TESTAMENTO EX HS ∞ ∞

Contuli; de sinceritate tituli ne dubita. Habent Ursatus 1652 p. 33. 1669 p. 4. 1678 p. 39 (inde Reines. 1, 159; Spon. misc. p. 114; Donat. 19, 3); Meneghelli mem. antiq. lap. p. 20; Iac. Ferretus inscr. Patav. 3, 493; Orelli 1719, pro falsa habens post Maffeium sine causa; Furlanettus p. 32 n. 30 (cf. p. 516) tab. 4. Tractavit Borghesius opp. 7, 397.

2796 scripta in marmore rubro Veronensi. Patavii in domo Bassania PINGON. SCARD. PINELL. idque ipsum voluit MORILL. praescribens suis omnibus 'in domo Francisci Quirini et Alexandri Bassani'. Desiderari scribit URS.; sed habuit postea Io. Marsilius professor botanicae POLCASTRO. Nunc Catai in museo Obizziano.

ISIDI
SIGN · HARPOCRATIS
C · DIDIVS
A C V T I A N V S
DON · DED

Contuli. Pingonius f. 230'; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smetius ms. Neap. p. 98, ed. 31, 15 'a Morillonio' et Pighius cod. Berol. f. 196; Scardeonius p. 70; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambr. C 61 inf. f. 44' et apud Grut. 82, 8 (inde Orelli 1873); Ursatus 1652 p. 312. 1678 p. 38 a prioribus; Polcastro inscr. p. 199; Cavedoni Catajo p. 85; Furlanettus Pat. p. 40 n. 40.

2797 columna RAMUS. Patavii in domo Hieronymi, postea Francisci Quirini PINGON. SCARD.; idque voluit, praescribens ordini toti 'in Francisci Quirini et Alexandri Bassani domo', MORILL. In aedibus Ramusii RAMUS. idque voluit PINELL., etsi locum non enuntiavit. Extare negat URSATUS. — Ad Aquileiam revocat FURLANETTUS non recte, cum clausula non reperiatur nisi in titulis origine Patavinis.

mulieris
imago

ISIDI · REG
P · POSTVMI
VS · HECA
TEVS · ET
PVBLICIA
FELICITAS
L ❦ D ❦ D ❦ D
N̄ ❦ CCC ❦ II ❦

Pingonius f. 235; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smet. ms. Neap. p. 106, ed. 31, 12 'a Morillonio' et Pighius cod. Luzac. p. 7; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 2. 3; Scardeonius p. 69; Ligorius ms. Taur. 13; Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 69 et in cod. Marc. n. 29 et in margine exempli orth. Manut. Rovigini; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 43'; Grut. 83, 12 ex Smetio et Pinellianis. A prioribus Manutius orth. 627, 15; Ursatus 1652 p. 319. 1678 p. 39; Furlanettus p. 43 n. 44.

2 POSTVME Ram. — 3. 4 HECA | LEVS Morillon cum asseclis Smetio et Pighio.

De numero in fine vide ad 2787.

2798 tabella aerea prope Patavium rep.; m. Sept. 1833 fuit Patavii apud Zanattam venditorem ferri, *piazza dell' Erbe* FURL. Idem postea vendidit ignoto homini IDEM in add. ms.

Q · VALERIVS · Q · L · MENAND
ER · IVNONI · V · S · L · M

Furlanettus ms. et Pat. p. 7 n. 5.

1 MINAND ms.

Cf. Liv. 10, 2, 14: *rostra navium spoliaque Laconum in aede Iunonis veteri fixa multi supersunt qui viderunt Patavii.*

2799 in columnae striatae parte summa, ita ut prior versus scriptus sit in parte ea columnae, ad quam striae non perveniunt, alteri inter strias spatium relictum sit, ut, cum striae numero sint viginti, quinque earum ceteris breviores sint. Columna postea inversa est et ex parte ea, quae olim infima fuit, exsculpti leones quattuor iuncti, itaque opinor cippo alicui sepulcrali operculi loco impositi. Litterae antiquae sunt liberae etiamtum rei publicae. Peragae prope Patavium in coemeterio iuxta ecclesiam.

T A M P I A I
D I O V E I

Contuli. Furlanettus ms. et ed. p. 435 n. 617 (inde vol. 1 n. 1435). Significat Tampias mulieres donarium aliquod Iovi obtulisse.

2800 Patavii rep. prope S. Sophiae et allata ad comitem Ioh. de Lazzara URS. 1669. Lazzarae dederunt museo publico.

I · D
C · HELVIVS
ROMANVS
PRO · SE · ET · SVIS
V · S

Contuli. Ioh. de Lazzara ad Ursatum 14 Oct. 1669; Ursatus in epistula scr. a. 1669, ed. a. 1718 p. 4 et in hist. ed. a. 1678 p. 37 (inde Mur. 71, 9); Spon ign. deor. arae p. 40 et misc. p. 96 (inde Donat. 5, 2), qui vidit; Ferretus inscr. Patav. 3, 500; Moschini *guida di Padova* 1817 p. 180; Furlanettus p. 7 n. 4 tab. 3; Henzen 5627.

I(nvicto) d(eo) magis placet quam quod proposuit Henzenus *I(ovi) D(olicheno)*.

2801 Patavii in domo de Centonibus apud pontem Molini ADD. AD. IUC. Deinde a. 1508 in domo Livii Bassani BONON.; itemque apud Bassanios viderunt MORILL. (praescribens 'in Francisci Quirini et Alex. Bassani domo') PINGON. SCARD. PINELLI URS. FURLANETTUS, qui vidit ibi a. 1824. Periit dum inde transferuntur lapides in museum publicum a. 1825 FURLANETTUS.

M E R C V R *I O*
A V G · SACR
IN · *ME*MORIA*M*
C · *LAR*TI · TAVRI*NI*
FIL I · POSVIT
aELIA · *MAXIMA*
mATER · *L* · *D* · *D* · *D*

Codex Cicognae Iucundianus f. 223 Pat. n. 37; Bononius, qui vidit a. 1508, syll. f. 54; Morillonius cod. Vat. 6039 f. 383', a quo pendent Smetius cod. Neap. p. 95, ed. 25, 6 (inde Grut. 53, 17) et Pighius cod. Luzac. p. 45; Pingonius f. 232; Scardeonius p. 73; Ligorius ms. Taur. 13; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 44; Pignoria in em. ms. ad Grut.; Ursatus 1652 p. 28. 1678 p. 41. Furlanettus (ms. et p. 9 n. 7) vidit fractam.

Quae non vidit Furlanettus, dedi inclinatis. — 5 FIL Scard. — pro 6. 7 ALIA · MATER (rel. om.) Bonon. — 6 ELIA omnes (praeter Bonon.) hiatu non indicato. — MAXIMINA Smetii ed. contra ms. et Pignoriam et reliquos.

2802 ara litteris non admodum antiquis, ut ait Furlanettus, sed rudibus admodum. In villa Appani [= Abano] MARCAN. et RELIQUI ANTIQUI. Deinde Patavii in aedibus olim Dondi *via delle Beccherie vecchie* n. 490 A PINELLI et POSTERIORES. Ibidem adhuc. — Ab altera parte legitur titulus n. 2923.

DIS PENATIBVS

Contuli. Antiqui referunt subiunctum titulo in eodem lapide inciso n. 2923 (inde Orelli 4455). Separatum proponunt Pignoria in suppl. ms. ad Grut. 768, 6 et *orig.* (1625) p. 53, qui ligno expressit; Ursatus 1652 p. 181, qui expressit aere, et 1678 p. 42; Polcastro *Padova* p. 77; Meneghelli memoria antiquario-lapidaria (Patavii 1808. 4) p. 12 qui aere expressit; Furlanettus p. 30 n. 28.

2 littera E hanc formam habet E errore quadratarii.